

Werk

Titel: Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossettv[m] Episcopvm faventinu

Jahr: 1646

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN367611805

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

LOG Id: LOG_0103

LOG Titel: De Falconibus Lapidario, et Arborario vocatis. Cap. XI.

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN367611716

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

10 nem aptitudine, moribus denique admodum dissident. Omnia hæc in Gallico præstantissima etiam ab ipso Carcano Italo, alijsq; celebrantur, contra atq; in Italico. Verùm corporis habitu, ac figura non ita sunt dissimiles. Quin etiam, si Carcano, hæc in re, qui audita refert, ubi nimirum modum, quo Anates Lanariorum opera Galli capiunt, superius exponit, credendum est, volandi etiam more convenire. Motu enim tonico, alarumq; veluti trepidantium suspensum in aere libratos diu hædere supra Anates, Gallicos Lanarios dicit Carcanus, quod quidem cæterorum Lanariorum, minusque generosorum Falconum, Accipitrumuè, cuiusmodi sunt Butrones, Tinnunculi, Lanarij, Cyanopodes, alijsque naturam sapit. Etenim ut id verum esse pertinaciter negare nolum, sanè Gruius capiendis eum volandi ritum (in Accipitribus sanè damnatum, ac vitiosum) ineptum esse quis videt, in què tamen Galis feruiunt, & instituuntur, ut docet Tardius, ut paulò post exponemus. Taceo nullum Gallorum authorum neque Tardium, neque Bellonium hunc volandi morem in suo Lanario notasse, eiusq; usum meminisse. Hæc, & aliæ rationes scrupulum mihi iniecerunt, num idem planè essent (specie) nam in genere Lanariorum convenire constat) num diversi, uti patria sunt diversa. Et ne quis miretur, rem, ut cuiuspiam videbitur, tantillum mihi negotium facessere, non alia quàm veritatis inquirendæ, omnisq; ex lectoris, animo ambigendi occasionis, ac ut vulgò loquimur, tollendæ confusionis, quantum in me esset, causa id me facere præfatus, adducam longè me priorem, & inter neotericos satis vetustum authorem arte, ac professione accipitrarium Belisarium, quem eadem difficultas torfit. Ita enim de Lanario scribit Villanos (ita Lanarios tanquam ignobiles nominat) audiuius in Gallia optimos reperiri. Quod an venatorum arte, industriauè, aut ipsarum avium natura eueniat, non comperimus. Fieri enim posset, ut quum frigida sit Galliæ regio (nam frigore fit, ut appetentiores cibi sint aues) duci, impelliuè inde possint villani, ut sociatim magis ferire, aucupariq; aues solcant. Vnum hoc scimus, avium istarum opera proprietati nominis respondere, quum in regione nostra (de sua loquitur) nec animo viribusque nec volatu ita valeant, quin reliqua Accipitrum genera à nobis descripta longè præstantiora eis ad aucupij usum inueniantur. Hæc Belisarius.

*In quibus
conueniât.
Hæere in
aere quib.
conuenias*

INSTITVTIO. CVRA.

Lanarium (inquit Tardius Gallus) etiam Gruibus capiendis idoneum reddes hoc pacto. Impone eum in cauernam, seu cellam subterraneam, ubi lucem, nisi quum pascitur, non videat. Manu non gestabis, præterquam noctu. Quum volueris eum aucupari, ignem in loco illo excita, ut calefiat, tum igne remoto lauato auem vino mero, & in locum eundem reponito, cerebro Gallinæ pascito, & diluculo ante ortum Solem venatum prodito. Quum primum illuxerit, eminus eum in Grues emittito. Nihil autem capiet primo die, nisi fortuito id accidat. Reliquis verò deinceps diebus utilis erit futurus, præcipuè quidem à medio mense Iulio, usq; ad Octobrem medium. Postquam pennas mutarit, præstantior erit. Tèpore frigido ut hyeme, inutilis est. Non opus habet delicato victu. Crassiora alimèta, teste Bellonio, melius cæteris Falconibus, ac facilius conficit. Carcanus ita eos nutrire vult, ut semper famelici fiant, si rectè aucupari eos quis volet. Et cum eiusdè cum Falcone sacro, ut idem inquit, sint naturæ, tam his, quàm illis, cum ægrè admodum stomachi excrementitio humores expurgando reijciant, non xylina, aut gossypina, sed stippea, aut linea turunda in os indita expurgandus, ac inaniendus est, aut xylinia turunda est, paucula stippea obuolui debet. Huius ope futurum est, ut debito tempore excrementa reijciat, atque, ut aiunt accipitrarij, purgetur.

*Ut Grues
capiat.*

*Quamdiu
utilis fuit
vult.
Vultus.*

*Quomodo
purgetur.*

DE FALCONIBVS LAPIDARIO, & Arborario vocatis. Cap. XI.



10 **L**SI dubitent nonnulli, neque id forsan omnino temerè, vtrum duo hæc minutionum rapacium genera, quæ Dendrofalcos, & Lithofalcos vocant, reuera in Falconum censu reponi debeant, an potius Accipitribus attribui: Quoniam tamen teste Alberto, Falconum naturam magis participant (Lithofalcum enim peregrino quidem minus generosum, at Gibbosum audacia nihilo inferiore, immò potius superiore, nempe mediæ inter vtrumq; Falconem indolis constituit; & Dendro-falcum animi vigore inter huncipsum Gibbosum, & Merullum, seu Aesalonem vi differre asserit)

nos quoque communi omnium sententiæ, qui Falconum eos nomine dignantur, subscribentes in horum familiam eos referimus, reliquisq; nondum descriptis anteponimus, & nonnum locum assignamus, quod à Falconū natura minimè, ut Rubeus, Cyanopus, Herybrides degenerent. Contrà verò, quia ob exiguū corporis modicas vires, animoq; minores haud ita frequentis in venatu sint vsus, ideo Gallorū Lanario eos posui habuimus. Hic enim disciplinæ subsidio etiam Grues captar, ut minores aues taceam. Illis uerò etiam Monedulæ relucantur.

NOMENCLATURA.

Lithofalcus.

Falcolapidarius.

Dendrofalcus.

Sittifalcus.

Baiffalcus.

Accipiter laevis.

Rochier.

Falco gr.

Lithofalcum Græcè cū Ornithologo aptè dicere possumus, quem vulgò Falconem Lapidarium; item Dendrofalcum, quem arborarium Falconem vocant: Simili nempe fingendi nominis ratione, ac libertate vsi, qua Latinorum, & Germanorum vulgus solet. Illū. n. hi Steinfalck, id est, lapidū Falconem, seu petrarum quòd in præruptis faxis lubens degat, sine dubio vocarūt. Hunc verò Baumfalck, id est, arborum Falconem, quia in arboribus nidum extruat, ac in his frequens versetur, nūcuparunt. Nomen autem diminutiuum Baumfalckle mari potius cōuenit, uti primitiuum faminae. Quæ differentia in Lithofalco etiam & in cæteris omnibus Accipitrum, Falconumq; generibus in lingua Germanica obseruari potest. Quidam Germani rerum naturalium periti Accipitrem Lēquem interpretantur Dendrofalcū, Falco Rochier apud Sabaudos dictus à rupibus, idem fortè cum Lithofalco fuerit.

FORMA.

Magnitudo.

Dorsum.

Ala.

Pectus.

Oculi.

Rostro.

Cauda.

Falchetto.

Stoffelcklin.

DE Lithofalci figura nihil aliud ab authoribus, traditum habemus, quàm, pauca ab Alberto, atque in hæc verba: Lapidarius quidem mediæ quantitatis est, & vigoris inter peregrinum, & Gibbosum. Arborarij verò, præterquam quòd idem Albertus quantitate, & vigore inter Gibbosum, & Merillum medium esse scribit, plenior tamen, è Stumpffio plenissimam verò ab Ornithologo diligentissimo descriptionem habemus huiusmodi. Dendrofalcus, inquit ille, auis egregia, & nobilis est specie non admodum dissimilis Sparverio, nigrior tamen aliquanto, & minor. Hic verò, Dendrofalcus, quem ipse manibus tractauit, à rostro ad finem caudæ longè erat palmos quatuor, id est, digitos sedecim. Pedes erant pallidi, tanquam ex subflauo, & virido colore mixto. Dorsum nigrum, sed margines infimos pennarum capitis, & dorsi, præsertim inferioris, semicirculi subruffi ambiebant. Pennæ alarum nigriores erant, & latus alarum illud, quòd versus auem est, maculis ex candido rufis distinguebatur. Pectus albidæ, & nigricantes maculæ variabant, Plumæ ex albo subflauo retro aures, & in cervice maculas quasdam constituebant. Oculi nigricabant, rostro color ferè cæruleus. Pennæ in cauda maculis distinguebantur, sicut de alijs dictum, duabus tantum medijs exceptis. An verò Accipiter Fringillarius, de quo alibi scriptum, idem fortè sit cū hoc Dendrofalco, diligentiores inquirant. Itali nostri Falconem parvū, Falchetto nominant, quasi Falconellum. Parui autem sunt, & duo iam dicti Falcones, nempe Lithofalcus, & Dendrofalcus, & Merillus nostratibus Smerlo, seu Smeriglio vocitatus, & quem Germani Stoffelcklin, hoc est, Falconellum ferientem nominant. Quamuis eundem Merillum esse Ornithologus conijcit.

LOCVS.

Falco lapidum in præruptis, inquit Albertus, petris pullificat, (vnde & ei nomen) & in alpium rupibus inuenitur. Arborarius verò in arboribus nidum extruit, quæ res similiter nomine proprio cum ab alijs distinguitur.

VENATVS MORES.

Pugna Tēdrofalci cum Menedulis.

Quamquam, ut asserit Stumpffius, propter paruitatem, infirmitatemq; virium non admodum frequens Dēdrofalci vsus sit in aucupio, seu venatu volatico: est tamen auis planè placabilis, & ingenio mitis, adeo ut emissæ per sylvas, & agros ad dominum suum redeat, lucundissimum quidem illud spectaculum est, quòd conspectu suo cum Monedulis exhibet. In ventriculo dissecti plumas reperisse se & cantharides scribit Ornithologus Regitur Arborarius, inquit Albertus, & nutritur simili modo, quo Smerillus, Lapidarius verò, quo peregrinus,